



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CIX. Markgraf Ludwig genehmigt, daß der Propst Geger der Pfarre zu Peulingen eine Getreidehebung aus Drusedow verkauft, am 29.Sept. 1327.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

gerus prepositus, Johannes de belyn, Johannes de cloden, Johannes de fchepelis scolasticus, wafmodus, arnoldus de Wardenberghe, Marquardus et Theodoricus de bure thesaurarius et canonici ecclesie stendalensis recognoscimus publice profitentes, quod anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o, feria sexta infra octavas corporis dominici, inuocato nomine dei, consensu vnanimi, elegimus infra scriptas personas: primo dominum Conradum de Oftheren, Secundo hinricum filium h. de belyn militis, Tercio albertum filium alberti de Luderis militis, quarto wernerum de vincelberghe, quinto wernerum filium Reyneri Reynaldi de hyldefhim, Sexto Johannem filium hennighi de fanterfleue militis, septimo Hinricum filium vickonis de belyn, Octauo fredericum filium frederici de breiske, Nono Johannem filium frederici de fcepelis militis, Decimo arnoldum filium alberti de kaluis militis, vndecimo hinricum seniore filium Johannis de byeren militis, duodecimo Johannem harkeftro, Tredecimo Albertum filium alberti de buzst militis, Quarto decimo hermannum de luchow, Quinto decimo Wernerum de walfstoue, Sedecimo et vltimo filium bernardi de scullenborch militis, jus canonicatus et prebendas in nostra ecclesia dum uacauerint iuxta premissum ordinem percepturas. Datum et actum anno et die premissis. Ne igitur dubium aliquod circa ordinem et personas superius annotatas in posterum oriatur, presentem litteram sub nostri sigillo capituli fecimus sigillari.

CLX. Markgraf Ludwig genehmigt, daß der Propst Seger der Pfarre zu Peulingen eine Getreidehebung aus Drusedow verkauft, am 29. Sept. 1327.

Nos Iodewicus, dei gratia Brandenburgensis et Iusatie marchio — presentibus publice profitemur, quod honorabilis vir capellanus et prothonotarius noster dilectus, dominus Segerus, Ecclesie Stendaliensis prepositus, vendidit debito venditionis contractu discreto viro domino hinrico dicto de poswalk, plebano in pyweling, necnon doti ejusdem, Sex modios siliginis et sex modios ordeï de curia sua sita in villa dusdowe perpetuis temporibus pacifice et expedite percipiendos annis singulis terminis debitis et consuetis. Ob inde idem plebanus pro se pro suis successoribus et pro dote dedit prefato domino preposito octo marcas argenti brand, in pecunia numerata. Nos vero ad instantiam dicti nostri Cappellani dedimus et per presentes donamus proprietatem plenam et omnimodam super dictis Siligine et ordeo. Itaque nichil juris nobis vel nostris successoribus referuimus in eisdem, sed volentes tale frumentum cum omni libertate absolutum ab omni precaria ab omni seruitio et ab omni onere dicte Ecclesie pertinere. In cuius Rei testimonium nostrum sigillum cum Sigillo predicti nostri capellani presentibus est appensum. Nos quoque Segerus, prepositus Ecclesie stendaliensis prefatus, recognoscimus et fatemur, quod dicto domino hinrico et sue doti in poweling dictos sex modios siliginis et sex modios ordeï vendidimus debita sollempnitate venditionis pro octo marcis argenti brand, nobis in numerata pecunia persolutis, quibus modis duodecim renunciamus et omni juri, quod nobis competiit vel possit competere in eisdem. Et hii modii XII dicto plebano et suis successoribus de nostra curia in dusdowe sunt perpetuo exfoluendi. In cuius rei testimonium nostrum sigillum cum Sigillo prefati principis est appensum, presentibus wenero de aneborch, hermanno balch et gunthero de Sandow militibus ac h. de luchow cum aliis fide dignis. Datum Arneborg, Anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o. die Sancti Michaelis.